Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26826
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Dixit ergo. Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam. accipere sibi regnum et reuerti. luca. c. xv. viij. matheus. c. xxv. Vocatis autem decem seruis suis. dedit illis decem minas. et ait. Negociamini dum uenio. Ciues autem eius odeerant illum. et miserunt legationem post illum dicentes. Nolumus hunc regnare super nos. Et factum est dum redisset accepto regno. iussit uocari seruos quibus dedit pecuniam. ut sciret quantum quisque negociatus esset. Venit autem primus dicens. Domine mina tua decem minas acquisiuit. Et ait illi. Euge serue bone: quia in modico fidelis fuisti. eris potestatem habens super decem ciuitates. Et alter uenit dicens. Domine mina tua. quinque minas fecit. Et huic ait. Et tu esto super quinque ciuitates. Et alter uenit dicens. Domine ecce mina tua. quam habui repositam